

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Disciplina b
cum fonte primo

O quam compositum reddit omnem corporis statum,
nec non et mentis habitum disciplina!
Ceruicem submittit, ponit supercilia, componit uultum,
ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam,
frenat gulam, sedat iram, format incessum.

Bernardus epistola CXIII.

O quam compositum reddit omnem puellaris corporis statum,
nendum et mentis habitum, disciplina?
Cervicem submittit, ponit supercilia, componit uultum,
ligat oculos, cachinnos cohibet, moderatur linguam,
gulam frenat, iram sedat, format incessum.

Bernardus Claraeuallensis, *Epistolae*, 113.5 (SBO 7, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.290, ll.22-25).